Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

citudine/ sicubi quis dei cultor latuis
set. quem sub omni celeritate puniendum
rapere quivissent. Invenerat autem quendam
maxime religionis virum in quadam sil
va non longe ab urbe/ quam vulgus Helisboth
eo tempore vocitabat/ ieiuniis et obsecratio
nibus assiduus/ ceterisque bonorum operum stu
diis/ omni terrene potestatis postposito tio
re/ regum omnium regis servicio inherere.
Quem apprehensum comperto quod christianus
esset ad palacium trahentes/ cesaris asta
re conspectibus fecerunt. fidique illum christiane
cultorem esse nunciaverunt. Intuitus autem
eum imperator dixit. Christiani nominis te olim
audio sectatorem/ deorumque nostrorum cultibus
contraria dicendo/ tocius provincie pfamissi
mum seductorem. Nunc vero nomen tuum edi
cito. et quid de hiis rei se veritas habeat
intimato. Ad hec vir sanctus divini amoris
calore inflamatus alacri vultu respondit
Si de nomine interrogas Minias vocor. si vero
de religionis statu/ omnipotentis dei sp
fui et ero cultor. Neminem umquam seduxi
sed cordibus insipiencium hominum ut ad
sui cultum conditoris ab idolatrie resi
piscerent errore/ admonicionis liquorem
sedulo infudi. Dii namque quibus genua
flectitis nichil in se habent deitatis/ non
audiunt. neque loquuntur. et tamen ordine
confuso a racionabili creatura que ad y
maginem creatoris est condita. sacrilega
fre invocantur. A quorum cesar supersticio
sa veneracione. si ad dei omnipotentis cultum
conversi velles/ inextinguibiles gehenne
flammas evadere potuisses. Imperator
dixit. Minias si tue integritatem salu
tis desideras. oportet ut ab hac tua
assertione quiescas. melius est enim ut no
biscum gaudio fruaris. quam variis tor
tus suppliciis intereas. Sanctus Minias

respondit. Mens que ad celestis patrie dulcedi
nem pertingere cupit/ transitorie salutis
commodum non querit. ideoque me pleniter gra
visurum confido/ si minas tuas respuens pro
Christi nomine adversa passurus bene certa
vero. Decius ad hec iratus apprehendi iubet
presentari feram. cuius immanitate ferocitatis
sancti viri putabat flecti constanciam. Sanctus
vero Minias crudele respiciens monstrum
ad solita arma conversus. preces fudit ad do
minum. nec surdis auribus oracionis vocem
instillavit. dum levi murmure ferocem
bestiam extinxit. cuius spectaculum extinc
cionis. hii qui sancti viri merita in ostensio
ne miraculi venerari debuerant. vesano
garritu magicis id artibus factum esse cla
mabant. Iterumque sanctus Minias cesaris
tribunali adductus. ubi a suis inventus
esset satellitibus ab ipso est noviter inquisitus.
Cui vir sanctus tale fiducialiter dedit responsum.
Antiquum miser tue sevit crudelitas feroci
tatis. ut occultum inter hospites conlandi Christum
colentibus interdiceret multis. Quapropter
et ego cum densum silve Helisboth nomine. non
longe site latibulum peterem ut in eo secretius
servire possem redemptori. Ibi me quos
tue rabies tyrannidis christianos persequi di
rexerat invenerunt. et quasi pro reatu alicuius
magni criminis tibi iudicandum presenta
verunt. nil umquam lesionis regno inferen
tem. sed magis ut statu celebri idem perseverare
indesinenter orantem. Novis gratia omni post
posito meditacionum argumento/ christiane me
religionis inquantum vires prevalent semper
obtemperare decerto. Sentiens sevissimus
dei servorum laniator gloriosissimi martiris
pectus armis fidei undique munitum/ cau
tius quid facere posset blandimentis estimat
decipiendum. Serpentis igitur prothopla
sti decipientis versuciam imitatus calli